


Paulatim exolvit se corpore, lentaq; colla
 Et pressum letho posuit caput, atq; quievit
 Ecce autem aspiciens, indigna morte peremptum
 Sol, caput obscura nitidum ferrugine texit.
 Impiaq; horrebant æternam secula noctem.
 In solitis rupes tremuerunt motibus, urbe &
 Errabant simulacra modis pallentia miris.
 (Horrendum) sistunt amnes, vndæq; retardant
 Curfus, illacrymat templis ebur, æraq; sudant.
 Obscæniq; canes, importunæq; volucres
 Ostendunt se, saxa crepant, terræq; dehiscunt.
 Post ubi purpureos properabat mergere currus
 Oceano Titan, Iosephus justissimus unus
 Qui fuit ex illis, & servantissimus æqui,
 Romulidem aggreditur, veniam orans, corpus humandum
 Redderet, ac sineret tumulo succedere terræ:
 Imperat is tolli, lavat hic, conditq; sepulchro.



SPIRITV SANCTO
 DEO, HOMINUM ANTI-
 CIPATORI

ὑποθεσις.
 πνεῦμα θεῶν, θεὸς ἐστὶν ὅτι κλεῖος ὑποτ' ὀλεῖται,
 ὡς μόνος ὁ πρῶτος πρᾶγματα πάντα τελῆι.



PRAGÆ

Typis M. Danielis Adami
 Anno Sal. hum.

M. D. XCII.



ADMODVM REVERENDO
VIRO, DOMINO M. TRAIANO
HERZMANOMIESTECEO, ACADEMIÆ

Pragensis Rectori: Magnifico, domino præceptori
& amico plurimum colendo.

S. D.

Do paucis versus, Rector Trajane Lycai,
Quos peperis gelido crassa Minerva sinu.
Munera parva quidem: sed Dijs non tristibus, amon
Vicitima sit salsa vel sine thure molâ?
Sume igitur placidus: cum nil dare pejus, et isto
Fac studio ut placeam, sin minus, ut taceam.
Sic tibi dent superi, quos tu celestibus amos,
Præq. tua maneat in statione domo.

addidisti:

Mart: GA:



1997 KK 69
AKC. 16/33

Igneâ vis, cœli splendor, fulgore coorta
Sedibus æthereis bis senis aura ministris,
Aura DEI, Deus ipse, & dio munere mundi
Uroificum lumen, manans de pectore Patris
Et patris Nati, non enarrabile numen.
Ecquid præclarum sine te mens inchoet? ecquid
Sufficiat labens, ne pondere victa fatiscat?
Aut quis te sine te sublimi tollat honore?
Huc ades, inceptumq. unâ decurre laborem,
Et tumidum timido remis rege vela per æquor,
Dicituræ franis linguæ moderatus habenas.
Tu sator es rerum, virtus, & amabile vinculum,
Tu decor, aurati radians vaga sidera Olympi,
Tu jubar, aurora spargens sacra tempora rore,
Purpureâ ut roret roseas aspergine terras:
Et jam sub primâ crescentis origine mundi,
Cum primùm lucem pecudes hausere, novumq.
Immissa sivois, stupuerunt surgere solem,
Summa vehens levibus mulcebas æquora flabris.
Neve nova immissa tellus stagnaret ab undâ,
Limitibus librans metas, & litora ponis:

A ij

Flla

Ille sonans circum scopulos se murmure volvit,
Et fluctu fluctus lambens, vada caeca lacescit:
Tu Zephyrum afflatuleneis qui circinet auras,
Et primos foveat foetus, servetq; vigorem,
Solvit ab occiduis reserato carcere claustris.
Ipse levis tranans auras, fundamina prima
Afflas naturæ, partes expansus in omnes,
Æthereaq; libens indulges flamina vitæ.
Scilicet ut pleno cœli indulgentia terras
Excipiat fructu, cœlesti nectare rerum
Primitias vegetans, & spiramenta relaxans.
Ac velut alituum princeps, fulvûsq; Tonantis
Armiger implumes & adhuc sine robore natos,
Sollicita refovet cura, pennisq; solutis
Incubat indulgens, mox ut cum viribus alæ
Vesticipes crevere, vocat si blandior aura,
Expansâ invitat pluviam passisq; trementeis
Suscipiens alis vibrat, plausuq; secundo
Fertur in arva, timens oneri charo, impete primo
Tardior atq; humilèis tranat sub nubibus auras,
Remigiûmq; docet, ducitq; per æera gyros

Huc

Huc illuc flexos: illi adsvetudine docti,
Certatim incipiunt pennis se credere cœlo,
Ætheraq; obscurant, & se sub nubila condunt:
Sic tua vis superas quodcumq; eduxit in auras
Sollicita texit cura, fovitq; tuendo,
Inspirans animas cœlesti germine foetas,
Hinc res temperiem sumpsere, & semina rerum
Viraci nutrita solo, cœu matris in alvo
Creverunt, facièmq; novam capere morando.
Mox ubi languentèis accendit numinis iras
Gens effræna hominum, primi sub tempore mundi
Concubitus amplexa vagos, amplexa furores,
In species scelerum jurata, immaniâq; ausa,
Quum pater ille Deum, Divinâq; æterna potestas
Perdere constituit mortalia corpora in undis,
Et fusos omni nimbos demittere cœlo,
Obruat ut mundum sinuoso gurgite pontus,
Involvit tetras piceâ caligine nubes,
Et reseras pluvias, illæ velut agmine factæ
Quæ data porta ruunt, & terras murmure complent.
Parte alia densi funduntur ab æthere nimbi,

A ij

Inq;

Inq̄ fretum credas totum descendere cœlum,
Sic furit, & crepitat fluvij's bullantibus unda,
Expatiata cadunt per apertos flumina campos,
Et defrænato volvuntur in æquora cursu,
Rura natant fossis, & se vis fundit aquai,
Atq̄ altè septem crescens consurgit in ulnas:
Jam mare jam tellus nullo discrimine sortis
Miscentur, tremulôq̄ jacent sub marmore silvæ,
Cum tua fluctisonos errans vaga cymba reflexus
Fertur aquis medijs, volucres mirata procellas,
Humani generis spem, progeniemq̄ futuram,
Atq̄ animas rebus formata infunderelapsis
Rursus, & antiquæ sobolis reparare ruinam,
Sapèq̄ dat tristem fluctu latus icta fragorem:
Nec metuit tamen aut tanto sub pondere nutat,
Tentamenta tui jam dudum experta favoris.
Jam venti ponunt, cœloq̄ irvecta sereno
Mille trahit varios adverso sole colores,
Et bibit Iris aquas, iræ monumenta repressæ,
Et sacri custos servans sacra fœdera pacti.
Tum magis atq̄ magis cœlo se ostendere montes

Appro-

Approperant, inisq̄ cavæ subsidere valles,
Inq̄ cavas valles trepidæ decurrere lymphæ,
Dum proprias tandem sulcent vaga flumina ripas.
Ergo novis terris, donas nova gramina, frondes
Arboribus, læsâsq̄ jubes revirescere silvas,
Semina ut optatas surgant in luminis oras,
Rursus & incipiant in corpora velle reverti:
Tu Divûm interpres, vatum qui numina Phœbi
Qui tripodas melius, qui cœli sidera sentis,
Fatidicisq̄ animum imples veris, verus Apollo.
Te pleni quondam venientis dira ruinæ
Signa dabant patres, mundoq̄ horrenda canebant.
Tu populum, Pharyj dum fessus vincula ferri
Tristè gemit, nimiâq̄ exhaustus mole laborum
Auxilium miseris poscitq̄ vocatq̄ querelis,
Signifer educis, per inhospita saxa vagantem,
Perfera tesqua, situs trepidos, per lustra ferarum,
Pérq̄ undas, saliente salo, cumulante profundo
Anteis, servatus donec duce nube serend
Luce, per obscuras flammâ præeunte tenebras,
Promissis tuto ponat vestigia terris.

Quis

Quin & divina dum fert oracula legis
Mons Sinæ, populòq; imponit frena feroci
Cum pius Aniramides redimitus tempora mitrà,
Et sacris vittis, iram tristèsq; furores
Dilapsam ferri volucres prece poscit in auras,
Terrificas animos, & grandia murmura misces,
Atq; sedens mediâ nimborum in nocte corusca
Fulmina moliris, raptoq; è nubibus igne
Involvis tetras furvo velamine terras:
Fundamenta solo trepidant, mortalia corda
Ffacidum sternit pavor ingens, omnia fumant
Et vortex, circumq; nemus, luci q; virentes,
Perq; Chaos tremulas emugit buccina voces,
Nec fas ad sanctum quenquam vestigia montem
Figere, divinæ sic spiritus infremat iræ:
Sic majestatis dant sese signa tremendæ.
Qualis ubi abruptis Ætnæ vis ignea saxis
Æstuat, aut plenis si quando vieta caminis
Pondera sulphureo latè vomit acta vapore,
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ

Stant

Stant procul, & fuscas obscurâ nibe per umbras
Infandi aspiciunt Cyclopes, & horrida flammæ
Viscera mirantur, ructatq; saxa sub auras.
Vixq; gravi fracti metuunt formidine Divos:
Quid dicam pleno veniunt dum tempora cursu,
Quæ se virgineam cælo demittat in alvum
Ille Deum, humanos artus, moribundâq; membra
Indutus, quo non terris præstantior alter,
Qui miseris lapsam cunctanda restituat rem,
Virginis ut sanctæ tumuerunt viscera flatu
Plenatua, sine vi, casti sine labe pudoris,
Viscera perpetuæ portantia dona salutis,
Ipse parens natura pavet, causâsq; requirit,
Attonitæ similis, confusâq; turbine rerum
Semine de nullo, nullis temerata hymenæis,
Quod tulerit tantum virgo sub pondere pondus:
Nec memoro, ut quondam mortali lumine visus
Alitis in parvæ speciem collectus, & ora,
Cui domus & dulces latebroso in pumice nidi,
Fulseris, ingenti de cælo voce secutâ,
Quâ juvenis fulvis velatus corpora setis,

Et

B

Asser-

Assertorem illum mundi prænunciūs ales
Anteibat, stravitq; solum, salebrásq; viarum
Pone sequens facili ut ducat vestigia calle,
Et vitreo medium Iordanis fonte lavabat.
Nam quis mortali mortalis carmine dignò
Te referat, nostræ dum sic angustia mentis
Deficiat, quoties cœlestia nosse laborat,
Rimaturq; tuum non enarrabile numen.
Non secus ac toto dum lustrat lumine Titan
Purpureus terras, & cœlo surgit aperto
Mortales hebetant sensus, acie sq; tuendo
Vincitur, & geminos miratur surgere soles:
Quicquid lingua potens, quicquid mens concipit intus
Dignum, tu donas, variæ discrimina vocis
Infundis, sanctòq; inflammas pectus amore.
Tu timidis robur trepidá formidine pulsá
Sufficis, ut tutò sistant se ad limina regum
Intrepide, unigenæ nomen, numéq; serendo:
Et quamvis tenebris cæco sub carcere clausis,
Instantem intentent crudeliter omnia mortem:
Tu tamen exolvīs mœrentia pectora curis,

Educisq;

Educisq; tuos, nec das succumbere letho.
Testetur Solymæ sublimibus alta columnis
Regia, finitimos latè dominata per agros,
Dives opum, Patribusq; potens, Divisq; superba:
Nam quâ bisseri delectá sorte ministri
Sede sedent, fractiq; metu præcepta facesunt
Christe tua, & casus tot tristi corde volutant,
Miranturq; illos, quòd jam sol aureus orbes
Quinquaginta agat, & nec dum descendat olympo
Promissum munus divini nominis aura:
Ecce improvviso vibratus ab æthere fulgor
Cum sonitu ruit, & cœlo se ostendit aperto,
Suspiciunt, iterumq; iterum fragor intonat ingens,
Et splendore domus cœlesti tota refulget,
Diversi irrumpunt radij, & jam vertice cunctis
Fundere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lambere flamma comas, & circum tempora pasce
Visa est, & sanctis mortalia corda caminis
Urere, cœu quondam liquidis fornacibus aurum
Uritur impositum, tum quòd mage fortior ignis,
Hoc mage massa tenax sincerior æstuat imo.

B ij

Atq;

Atq; illi ut sanctas afflata pectora flammis
Concepere, Deumq; imis hausere medullis,
In diversa novas solvunt idiomata linguas,
Mentemq; fixa alti peragrant tentoria caeli.
Tum vero audires linguis vibrantibus ora,
Ora modis resoluta sacris, magnalia Christi
Ferre sub aspectus, hominumq; in pectore condi.
Et tibi seu Persae mittentis ab inguine ferrum,
Fidentisq; fugae Parthi, versisq; sagittis,
Sive Seleuciacos, quae Euphrates alluit agros,
Impinguatq; solum & largis proventibus auget,
Fert animus tentare sonos, discrimina cuncta
Aure bibes, tacitusq; rei mirabere causas.
Seu magis Hebraeae dives facundia linguae,
Cappadocum, Pontiq;, Asia, Phrygia, Lybiaq;
Qua surgit pansis alis turrata Cyrene,
Quem iuuet, atq; sui miro pertentet amore:
Seu qua Pellae gens fortunata Canopi,
Accolit effuso stagnantem flumine Nilum,
Et circumpiclis vehitur sua rura Phaselis,
Elloquium, iures istis venisse profectos

Fimbis

Finibus, & natos iures quodq; finibus istis,
Nectantium sermone valent & voce magistras,
Sed modo qui dubiam latebris petiere salutem,
Per flammis, ignes, undas, per saeva dolorum
Fulmina, vibratos regum de sede per enses
Victores vera belli virtute triumphant,
Indomitiq; audent indigna morte peremptum
Liberius Christum manifesta luce referre,
Terrenas exuti oras, mortalia corda
Depositi, & caelo raptis, superisq; potiti,
Tu sol terrarum flammis opera omnia lustrans,
Et spissas inter tenebras jubar, aureus imber,
Ros matatinus, qui rores pectora amore
Saucia sancte tuo, & fecundis nubibus affles:
Namq; velut tellus dum pulvere victa fatiscit,
Atq; exhausta siti morientibus aestuat herbis,
Languet honos segetum, marcescunt gramina, flores
Intereunt, arbor ramos oblimat inertes,
Et frondes ponit, succos oblita priores,
Poma cadunt rami, agitatq; ilice glandes,
Et jejuna suos vix librant flumina cursus,
Interea

B ij

Interea caelo resolutis imbribus æther
Conjugis in gremium si defluit, & pluvia omnes
Magnus alat magno commistus corpore foetus,
Arva siccis laxant, superat novus omnibus humor,
Fugæ auras rursum rursusque germina surgant:
Arida sic animi postquam præcordia nostri
Humectas, lætâ rorans utigine fibras,
Pubescunt foetu, certatimq; ubere fructu
Luxuriant, sua deinde Deo mens halat odorem:
Cumq; iter ambiguum est, & vitæ nescias error
Diducit trepidans ramosa in compita curas,
Nos tibi supplicis, nostros bonus inspicit ætatis
Æthereoq; sua formâ, tunc fallere, solers
Apposta in ortos ostendit regula mores,
Et premitur ratione animus, vinciq; laborat,
Artificemq; tuo ducit sub pollice vultum,
Tu fidei dominum in sacro munere doctus
Frustra subducens rationes andiq; raris,
Librat in antithetis, fixus, doctaq; Stagira
Turgidus ille aures ætri qui rixit acetosus,
Fulgida fax Phœbi, reparans vaga corda Phœbe,
Jgnis

Jgnis æterni labentia lumina celo
Æquore seu tollant, seu mergant æquore curru,
Palantèsq; polo facula, aethera sidera, & orbes
Pendulae aquae, ætherios tractus super humida regna,
Præster, nix, glacies, turbo, æstus, grando, geluq;
Auspice te certos peragunt iusto ordine motus.
Aerios montes, valles saltusq; profundos
Nectare coelesti saturas, & semina rerum
Elicis, unde legat maturo in tempore fructus
Agricola, incurvo terram qui movit aratro,
Sustineatq; armenta bovm, meritoq; juvencos,
Proventuq; oneret subcos, atq; horrea vineat.
Tu pacem reges inter populunq; patre sq;
Concilias, medium te offeris, & foedera sancis,
Et tibi quando illam est placidis emittere testis,
Aspera compositis mitescunt secula bellis,
Mars malus, & Bellona furens toto exsulat orbe,
Clauditur armorum strepitus, furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinculus æthem
Post tergum nodis, fremit horridus ore eruenta:
Et teneas portas, animoq; in foedera mittas
B iij Scivit

Sævit amor ferri, & scelerata infantiâ pugna,
Fre super, magno veluti cum flamma sonore
Virgea suggeritur costis undantis aheni,
Exultantq; æstulatices, furit intus aquæ vis,
Fumidus, atq; altè spumis exuberat amnis,
Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras.
Et nunc quòd nostras vigeat pax læta per oras,
Finitimos inter proceres Mavortia bella
Dum sic increpitent, disruptis legibus urbes
Arma ferant, recoquantq; iterum fornacibus enses,
Æreâq; assensu conspirent cornua rauco,
Atq; animos urant insani Martis amore,
Muneris omne tui est, tu Regis mitia corda
Esse jubes, cumulas donis, pacisq; favore:
Atq; utinam tales animos, & pectora tanta
Desuper infundas cunctis, permissa potestas
Est quibus in populos, & rerum sceptrâ tenendi:
Non sic Christicolæ vicina tonitrua Turcæ
Horrerent, armis totum qui territat orbem
Impius, & coelos furijs terrâsq; fatigat:

Non

Non sic ipsa suis nimium vexata procellis
Europa, innocuâ latè madefacta cruore
Gallia, fureis non sic direpta ruinis,
Infelix proprijs torreret viscera flammis.
Si quando rapidis fervoribus indulisti,
Flagrastiq; sacris hominum fera pectora flammis,
Nunc opus igne tuo, nunc illa opus arte magistrâ:
Nâmq; vide, ut cunctas vexet vesania mentes,
Utq; animi algescant veteris pietatis inanes,
Prisca fides passim fugiat commercia, justum
Frigescat, rectiq; decus vanescat, & auctis
Viribus omne nefas tetrum contagia spargat,
Quare age, ô statio tuti placidissima portus,
Pax anandi, & requies, jam tandem prome coruscâ
Sol æternæ caput, cœloq; illustrior, abno
Lumine purpureum jubar exere lucis Eoæ,
Et nostras lustra mentes, lustra algida membra
Confessus dignare animas, se facta nefanda
Execrantur, si cor pœnitet, alterq; sensus
Formido excruciat, tormentiq; sera gehennæ
Anticipat, patiturq; sua mens saucia manes.

Si

Si sedet hæc animo, standq; hæc sententia mentis
Mandatis hæcere, nocte, q; diesq; in
Præcipue hæc nostro fieri rata vota precatu,
Da facilis, seruos divini ut semina verbi,
Nos inter, sed is ululantibus horrida circum
Inq; Sacro firmam sic nos spem figere verbo:
Ne, velut ad Boreæ flatus jactantur inanes
Ingyrum paleæ, vacuo ludibria celo,
In quoscunq; vocet rapiamur opinio sensus,
Vana supersticio quo mentis vergat habenas
Factemur, dubia cerebrum statione locati.
Hanc quoq; tot fecit Academi nobile verum
Servantem, & medijs oppressam fluctibus ædem
Viribus exiguan, **ART I** monumenta **CAROLI**
Quam validis virgent telis, varijsq; fatigant
Pallida pauperies, & castra inimica procellis,
Ætherei cœtus vigili custode corona.
Sic bonus æternum nostro celebrabere cantu,
Et tua laus per nos, per nos tua gloria crescet
Aura Dei, Deus omnipotens, vis ignea, sanctam
Et patris & nati manans de pectore **NUMEN.**

Colloquium Nuptiale.

GENEROSI ET

MAGNIFICI DOMINI, DOMINI BERNARDINI LUDOVICI, Liberi Baronis de Touar, in Enczesfeldo, & Miledicz, &c Illustrissimi Archiducis Ernesti, Pillatoris, ad præministranda suæ Illustrissimæ Celsitudinis pocula adhibiti, &c.

SPONSI: Et,

PRAECLARAE ATQVE GENEROSAE VIRGINIS ALENÆ, DE DOMO & prosapia Baronum Berkouiciorum susceptæ, Filiæ quondam Magnifici & Generosi Domini, D. Zbynkonis Berkæ à Duba & Lippa, & in Zakopich, Sac: Imp: Maiest: Consiliarij, & Supremi Magistri Cameræ in Regno Bohemiæ,

SPONSÆ.

In quo simul conferunt de matrimonio recenter inito, & per pompam nuptialem Dei gratia à Serenissima & gloriosissima Romanorum Imperatrice, &c. **MARIA**, adornatam, celebrato. Die 13. Septemb. Anno Virginei partus salutiferi, hac Chronochria seu *ꝛꝛꝛꝛꝛ*

ꝛꝛꝛꝛꝛ contento:

De Vs serVabl̄ nos In LVMInc pVræ Verltats.

AVTORE

Matthæo Philomate Walkmbergensi, Poëta Laureato. & Equite de Castro VWalkmberg, &c.

